Adiuua me dñe deus me⁹ vt huic resistere possim. Cũo enĩ si mentem meam immunda cogitatõe polluero ei qui mundicionis actor est placere non valeo. Cor mundum crea in me deus quõꝫ non solum vana cogitatio illud occupat ꝛ turpis inquinat/ veꝝ etiam amara dissipat. Sepe nanꝗ̄ aliqua iniuria cõmotus de impijssimis cogitatõnibus ꝛ tumultibus in corde premor. hinc inde sollicitus ꝛ cecus occasione vindicte de iniuria accepta punior. consilia multiplico ꝛ nihil aliud nisi iurgia quedaꝫ sunt in corde presago. presentibus inuideo ꝛ absentibus cõtradico. itra memetipm contumelia ꝓfero ꝛ recipio: ꝛ receptis iteꝝ duri⁹ respondeo. Cunꝗ̄ obuius nullus obsit / rixas in corde meo compono. interius considero: et quecunꝗ̄ contra me moueri possunt ꝑẽso et exquiro quid respondeam: ꝙ ꝛ cum rem nullam teneã litigo ꝛ laboro. sicꝗ̄ diem in odium noctem in cogitationem verto torpeo ab vtili ope quõꝫ fatigor ab illicita cogitatione. Ita mẽs intus pugnat cum menti hoc repugnet. Non vnꝗ̄ vero quod egi in corpore hoc postmodum importuna cogitatõe verso in mẽte ꝛ multociens grauius torqueor in recordatione. Sepe ea que nunquã feci nec in volũtate habui ita recogito quasi peniteat me

illa non feciſſe.

De bona conſciencia.

Ab occultis meis munda me dñe / quõz cum nihil extra ago int9 grauiter pecco. In corde enim ſeruo depicta ea que vidi ꝛ feci: ideo temporalium rez tumult9 in corde verſare non ceſſo etiam cum vaco. In cogitatõne enim comedo cum ieiuno. loquor cum taceo. iraſcor cum tranquillus ſum. Corpus requieſcit et animus huc illucq̧ diſcurrit. ita vitã iſtam nunq̧ ſine culpa tranſire potui. nec q̇dem quid laudabiliter vixit ſine aliquo reatu eſt ſi remota pietate diſcuciatur.

De neceſſitatibus meis eripe me dñe Crebre enim dum neceſſitati reddere debita ſtudeo / voluptatis ſtudio deſeruio et ſubleuamine neceſſitatis curro in laqueum voluptatis. ſepiſſime nanq̧ bibi ꝛ comedi non ad neceſſitatem ſed ad voluptatem et qđ neceſſitati ſatis erat voluptati paz erat. Cogitaui enim đ cibo ꝛ potu quando non debui ꝛ vbi non debui ꝛ plus q̄ nõ debui Cogitando de eis epulas in cogitatõne toti ruminabaz. Cum tegendis membris veſtimenta quero non ſolum que tegant ſ; que extollant expecto. et contra frigorem corporis non ſolum quero q̄ minuant pinguedinem ſed que molleſcant per molliciem. non ſolum que per molliciem tactum mulceant ſed que per colores oculos ſeducant. Cum per aliquam neceſſitatem licentiam loquendi alicui habui / non ſolum locutus ſum de neceſſarijs / ſed de his que ad me non pertinebant / et de quibus licentiam non habebam. immerſi me colloquijs hominũ ꝛ ibi locutus ſum non ad edificatõez ſed ad deſtructionem. non quid licebat ſed quod libebat. Locutus ſum verba ocioſa ꝛ inutilia / verba vana et riſui apta / verboſitati deſeruiens detractionum ſtudens. Os meum mendacio ꝛ detractione inquinaui. et lingua mea omni fallacia plena eſt et nocuit pluſq̧ omnia membra. Nam ea que vidi ꝛ audiui nunquaz eo modo quo facta ſunt vel dicta referre poſſum / ſ; alia affirmo pro alijs / et ſemper multa interſero falſa / vel nimium laudando vel vituperando. fere quotiens loquor totiens mentior. Guttur inſatiabili ardet ingluuie. gula diuerſis saporibus ſaciari non po-

test. Coꝛ prauum ⁊ malicia plenum ⁊ dolo per puram confessio nem nunqꝫ purgare potui. Manus ad opus prauū fuerūt apte. ad operandum bonum pigre. Stomachus ⁊ intestina nimio cibo ⁊ potu sunt distenta. ⁊ ideo dolore sunt plena. Nam vnde gula delectatur inde venter inflatur/corpus infirmatur et sepe mors sequitur. Per gule delectatōnem corrui in ventris ingluuiem. et vnde debui mihi parare salutem/inde contraxi nimium comeden do perniciem. Pedes mei potius portauerunt me ad aliquam curio sitatem spectandam qꝫ ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me per uerterunt. omnemqꝫ motum corporis mei ad immunda desideria traxerunt. Aures citius aperui verbis odiosis ⁊ vanis qꝫ sanctis Delectatus est odoratus varijs odoribus. Gustus diuersarū re rum diuersis saporibus necnon et singuli alij sensus. Ita deus me us in omnibus membris meis modum excessi. Omnia membra mea valde coniuratione facta inimici mei me dominio tradiderūt/ cum morte fedus inire pactum cum inferno pepigere.

ERipe me domine ab homine malo id est a meipso a quo re cedere non possum. Nam quocunqꝫ me verto mea vita me sequitur. Et vbicunqꝫ vado consciencia mea me non deserit: sed presens assistit. et quicquid facio scribit. Iodirco quanqꝫ insana iudicia subterfugiam: iudicium proprie consciencie fugere non va leo. Et si hominibus zelo quid egi mihi tamen qui noui mala q̄ gessi zelare nequeo. Proprie reatus consciencie me non requie scere sinit: sed de die in diem torquet ⁊ de die iudicij vehementius terret. Nam die illa cum dn̄s ad iudicandū venerit vniuscuiusqꝫ consciencia ad testimonium adducetur. et aperto libro cōsciencie omnis culpa ante oculos reducet̄. atqꝫ ita cogēte cōsciencia vnꝰ quisqꝫ erit accusatoꝛ sui ⁊ iudex. ꝑpterea statuā me corā me ⁊ iu dicabo meipm̄/vt illud examen ⁊ tremendum diei iudicium eua dere possim. Damnat me consciencia mea quanqꝫ diuinum iudiciū non damnet. Accusat me de homicidio/quod si opere non feci vo luntate tamen et desiderio hoc peregi. Accusat me de adulterio: et eodem modo respondeo. Accusat me de inuidia/ confiteor et ego. que inuidia sepissime cor meum laniauit. per inuidiam namqꝫ sciencia viuentium in terra mea feci inuidendo peccata.

Nam bona que ab eis fieri vel dici audiebam/ea omnino nō credebam/ipās res bene geſtas in malum male interpretando conuertebam. Omne malum qd̄ de eis vel mendax vel fama iactabat ſtatim ac ſi ego vidiſſem credebam/omnia mala in eis figebā enī ſa ꝛ ex pfectu eoꝝ meſtus flebam. Hec vero odia intra me abſcondebam ꝛ in meos cruciatus enutriebaꝫ. pfecto qd̄ mihi licitū non fuit habui/dedi ꝛ accepi. Clamorem paupeꝝ ac miſerorum non libenter ac miſericorditer audiui/nec eos ī infirmitatibus ſuis viſitaui. Suadentibus mihi in malum conſenſi facilius. multa in vno ꝗ̄ vnum in ſummo cogito facilius reprehendo qd̄ facere non erubeſco. facilius vniꝰ cuiuſꝗ vicia ꝗ̄ virtutes intendo. Cum aliorum delicta cerno mea non inſpicio. Jn meis delictis ſum clemēſ in alijs rigorē cernere volens. Ad irrogandas contumelias ſum validus ad tolerandas infirmus. Ad obediendū piger: ad laceſſendum vero alios ſum importunꝰ. Ad ea que facere non valeo et debeo vagus: ad ea que facere valeo nec debeo paratꝰ. ita repleta eſt malis anima mea peccatis meis exigentibus Jn eccleſia deteriorem me non reperio/ante autē altare non ſupplico deuote vaſa ſancta non reuerent̄ pertracto. Jn choro ſum corpe/in aliquo negocio mente. nunc intus maneo. nūc foris exeo/ tanta eſt leuitas corporis necnon et mentis. Aliud canto/ aliud cogito. pſalmodie verba profero ꝛ pſalmodie ſenſum non attendo: ſed mente vagus/habitu diſſolutus. oculis attonitus huc ꝛ illuc pſpiciens queꝗ ibidem gerunt̄ perluſtro ꝛ pſpicio. Ve mihi quia ibi pecco vbi peccata emendare debeo. nōnunꝗ vero ipis peccatis que ago ad deterius propinquo/quia ipſa mentis leticiam pariunt et quandam ſecuritatem gignunt. Mens mea ſecura redditur dum in corpore laxatur. Sepe etiam meipſum et opera que feci laudaui ꝛ ab alijs laudari volui. Pleruncꝗ laus humana q̄m non querebam mihi oblata placuit. et cum ex ea incaute extollerer ſubito multa que feceram ad memoriam venerunt vt amplius in eleuationem extollerer. que ſubtiliter replicans atꝗ in vnum coaceruans cepi magiſꝗ intumeſcere. Dumꝗ in mei admiratione occupatus defigerem/mihi dans gloriam et non deo/ a quo omnia acceperam/omnium fructuum merita amiſi. vbiꝗ ita

dicia/quõz qui laudabãt aduersum me iurabant. Quanto enim quisqꝫ in semetipo constituit tanto a diuino amore disiungitur. Ita deus meus inferno approximquauit vita mea. Sed non liberetur. inde non habeo vnde te reprehendam quia iustus es. Deu mihi qualis vixi/quanta mala feci ꝛ dixi. Pudet ꝙ sic vixerim et ꝙ natus fuerim. Mallem nõ esse ꝙ̃ talis esse. bonus eram et malum me feci. vtiqꝫ qui me feci miserum iustum est semꝑ me esse miserũ. Consciencia mea meret̃ damnationez. penitencia mea non sufficit ad satisfactionẽ. sed ſm ꝙ misericordia tua delet omnẽ offensionẽ. Dele ergo pie domine omnem iniquitatem meam ſm multitudinem miserationum tuarum. Ego qui vsqꝫ ad hanc diem sine causa vixi ammodo sine causa viuere nolo. Sed heu miser hec tam sepe sic confessus surgens cadensqꝫ sum defessus repetendo totiens confitendo confusus. Multociens promisi ꝙ me emendarem/et nunquam tenui/sed semper ad peccatum redij. et prioribus sceleribus noua et deteriora coniunxi. Nunquam vt debui mores in melius mutaui/nec a malefactis recessi. Plurimos et memetipsum perdens peccare feci. et multis causa mali extiti. et exemplis vite mee multi submersi sunt. Ecce peccata mea non excuso quoniam iniquitatem meam ego cognosco / nec idcirco iustus sum. Quia si alius ita me accusaret sicut ego me accuso/patienter sustinere non possem. Desperare itaqꝫ potuissem propter nimia peccata et vicia ꝛ culpas/et propter infinitas negligentias meas que egi et quotidie indesinenter ago/corde / ore et opere / et in omnibus quibus humana fragilitas peccare potest. nisi verbum tuum confirmaret et habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo / quoniam subditus ille tibi vsqꝫ ad mortem/ mortem autem crucis tulit cyrographum peccatorum meorum/et affigens illud cruci peccatum crucifixit et mortem.

¶ De bona consciencia

GRatias tibi ago deus meus quoniam ſuſcepiſti me ⁊ oſtē=
diſti mihi peccata · Nunc primum te inſpirante didici ad
cor meum redire ⁊ meipm̄ cognoſcere · Nouoco ergo vnū ꝺ ami
cis tuis ⁊ ei omnia delicta mea exponaꝫ ſicut p̄cepiſti mihi / vt ei⁹
conſilio et auxilio ab omnibus iniquitatibus meis poſſim libera=
ri et tibi reconciliari ·

AUdi ergo pater miſerum peccatorem / audi vocem lacri=
mantis ſed penitentis · attende ꝙ grauiter peccaui ⁊ crea
torem meum offendi · Deo aūt iubente redij ad cor meum / et in=
de ibi excluſis omnibus preter deum meum ⁊ meipm̄ totam vitā
meam diſcuſſi / tanto diligenti⁹ quanto familiari⁹ · Et vt verum
fatear nil aliud ibi inueni niſi locum horroris ⁊ vaſte ſolitudinis ·
conſcientiam videlicet diu neglectam / ortum incultum ſpinis et tri
bulis ⁊ omni horrore plenum · Nullum enim vicium eſt a quo
non traxerim aliquod contagium · Turbauit me ira / lacerauit
me inuidia / infirmauit me ſuperbia · inde contraxi inconſtantiam /
oris ſcurrilitateꝫ obprobria proximorum / ſcelera detractionum
lingue effrenationem · ſeniorum meorum imperata non ſeruaui /
ſed iudicaui · de meis negligentijs obligat⁹ aut rebellis fui aut
murmuraui · preferri melioribus impudenter affectaui · ſimplici=
tatem ſpiritualium fratrum irridenter exagitaui · meas ſcientias
procaciter iactaui / obſequia delata faſtidiui / negata queſiui · Ju=
niores meos elatus deſpexi / non obſeruaui in obſequio reuerenti
am / in ſermone modeſtiam / in moribus diſciplinam habui in tem
ptatione iactantiaꝫ · in humilitate fui fallax / in odio pertinax / ſub
iectionis impaciens / potentie ſectator / ad opus bonum piger / cuꝫ
cum veritate ferus / ad obſequium durus / ad loquendum que ſci
ebam promptus / ad ſupplantandum paratus / fraterne ſocietatis
inhumanus · temerarius in audiendo / clamoroſus in loquendo / fa
ſtidioſus in audiendo / preſumptuoſus in docendo / effrenatus de
formiter in cachinando / oneroſus amicis / infectus quietis / ingra=
tus beneficijs / inflatus obſequijs / impioſus ſubiectis · Sepe me ia
ctaui feciſſe quod non feceram / vidiſſe quod non videram / dixiſſe
quod non dixeram · Negaui non dixiſſe quod dixeram / non vi=

deram et audieram. Et ita ex omni parte sum reus. Reus in se culo/reus in claustro. sed ibi per ignorantiam/hic per negligentiam/et vtraqꝫ me terrent. Veruntamen multo amplius terret me qꝫ in monasterio ante conspectum dei deteriorem me inuenio. Collocauit me deus in loco voluptatis/in domo vbertatis/in paradiso deliciarum. ego vero miser ⁊ miserabilis inter mensas epulantium fame pereo. iuxta fontem sitio. ante ignem algeo / et ad neutrum manus ostendere nolo tam piger sum et desidiosus. ita tempus admitto quod deus pietate sua michi indulsit ad agendam penitentiam/ad obtinendam veniam/ad inquirendam gratiam ⁊ ad permerendam gloriam.

Quasi quoddam monstramentum inter filios dei fero habitum monachi/non conuersationē habens. In magna corona et magna cucculla salutem mihi extimo. Terrā vt arbor sterilis occupo. et velut vile iumentum plus consumo qꝫ proficio. Altiorem locum teneo et nullius locum suppleo. sed sum sicut truncus sine frondibus et fructibus. Alij me pascunt de laboribus manuum suarum sicut prebendarium suum. Ego autem tanquam pauper et miser nec clericum gero nec laycum. Cātare nequeo. laborare nescio. sed sum obprobrium hominum pecoris vili9 cadauere. Tolerabilius fetet canis putridus hominibus qꝫ peccatrix anima mea deo. idcirco tedet me viuere/ viuere erubesco: quia parum proficio. Mori timeo quia non sum paratus. Malo tamen mori ⁊ misericordie dei me committere ⁊ commendare quia benignus et misericors est/qꝫ de mala consuetudine scandalum alicui facere. Tota die verecundia mea est et confusio faciei mee cooperuit me/cum video me somnolentum ad vigilias/tardum ad horas canonicas/pigrum ad opera manuum. Alios autem video tam strenue et tam deuote diuinis interesse laudibus. alios tam reuerenter et alacriter coram deo assistere. et eum laudare. ego autem ad lacrimas compungi nequeo/tanta est duricia cordis mei. Cantare non libet. orare non delectat Meditationes sanctas non inuenio tanta est sterilitas anime mee

et deuotionis inopia quam patior. Heu michi omnes in circuitu meo visitat dominus: ad me autem non appropinquat. Nam ali um intuor singularis abstinentie. alium admiratione patientie. alium summe humilitatis et mansuetudinis. alium multe miseri cordie et pietatis. Illum contemplatione frequenter excedere. Hunc pulsare et penetrare celos orationis instantia. Alios alijs preeminere virtutibus. Omnes considero et prospicio feruentes omnes deuotos. omnes in cristo vnanimes. omnes donis celestibus et gratia affluentes tanquam spirituales celos quos dominus visitauit et in quibus habitat. In me vero nichil harum inuenio quoniam deus declinauit in ira a seruo suo. Inde est ꝙ cum alij vigilant ego dormio. quando alij stant in monasterio ego huc illucq̧ discurro. Quando alij in aliquo secreto se furantur a colloquijs hominum vt ibi loquantur cum rege angelorum: ego colloquia hominum quero. Cum alij vacant lectionibus/ego fabulis et verbis ociosis. Cum alij discernunt et diiudicant semetipsos/ego alios iudico. Alijs placet communis vita et disciplina ⁊ omne studium/ mihi placent angula et diuerticula. Sic ex quo peccare potui nunquam a peccatis cessaui ⁊ malis operibus ⁊ peccatis peccata accumulaui. et peccata que implere aliquando non potui/malis voluntatibus et malis desiderijs nunquam perficere cessaui.

Super omnia mala delectatio carnis/que ab ipsis cunabulis mecum creuit: mihi semper affuit: nec adhuc presenectute deficientibus membris me deserit. Multis et varijs modis infelicem animam lacerauit/dissoluit et captiuauit et omni virtute destituit: eamq̧ inanem et debilem reddit. Fateor me huiusmodi operibus nepharijs et immundis recordationibus sepe esse pollutum. Incensos ardores non modicos et inhonestos passus sum. Et non solum delectationum mearum male memorie et male cogitationes mihi nocent/sed etiaꝫ alioꝝ malefacta michi narrata per cogitatōnes sordidas ad memoriam reuocata cor meum non paruo veneno iniquitatis maculant.

Et in hoc miserabilis sum / quia non tantum doleo quantum me dolendo cognosco. sed sic securus torpeo velut quid patiar ignorem. Hoc vero mihi est omni infelicitate miserius quod ita opere perversus / ore pollutus / corde immundus ad altare accedo / et cristi corpus pertractare manibus meis non pertimesco. Accedo elatus ad humilem: iratus ad mitem: crudelis ad misericordem. et tamen patitur humilis elatum: mitis iratum: misericors crudelem. Accedo servus ad dominum non amore sed timore / non devotione sed usu. Accedo ad dominum cuius percussi servum. Accedo ad patrem cuius occidi filium / percussi verbo / occidi exemplo / nec tamen pertimesco nec revereor patrem. Manens in turba fratrum turbans aliquos et ab aliquo turbatus quandoque accedo ad pacificum. appropinquo etiam talis ad osculum pacis / qui prius reconciliatus accedere debuissem ad osculum turbati fratris. Convicit me reum et dei inimicum iniquitas. peccatum meum sepe seperavit me a deo meo. Idcirco obsecro te pater ut me instruas quomodo possim aut semper stare cum deo meo / aut redire cum ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

¶ Responsio

Non longe es a deo frater. Noticia nanque peccati initium est salutis Confido in domino quoniam quicquid minus est in te fervoris et boni operis supplebit in te humilitas confessionis Quacunque nanque hora peccator confessus ingemuerit salvus erit Et quanto quis frequentius quantoque vehementius de suo reatu interno dolore afficitur / tanto tutior tantoque securior de indulgentia venie efficitur. Inde est quod animam penitentie lacrimis afflictam tam frequenter visitat et consolatur spiritus paraclitus Illam frequenter visitat. illam libenter confortat quam sua scelera flere damnando et damnando flere considerat. Incipit et tunc quedam familiaritas inter deum et animam fieri. et quod sentiat se ab ipso sepius visitari. et eius adventu non tantum consolari / immo aliquando etiam quodam ineffabili gaudio repleri. Nulla est enim tam gravis culpa que non habeat veniam per puram confessionem. Provocat enim compassionem humilis misericordie confessio. Melius est ut vites vicium quam emendes ne forte cum incurreris revocare non possis.

Quotiens te ſentis turpib9 cogitationibus pulſari/ad il
licitam delectationem affici: totiens pone ante mentis o=
culos quomodo in cruce xp̄s crucifixus eſt ꝑ te. Intu
ere quomodo a iuda iudeis traditur. et ꝙ viliter ptractat̄/blaſ=
phematur/colaphizatur/iudicatur ꝛ condemnat̄. ꝛ ſpoliatur et
flagellatur. ad vltimum vero contumelijs affectus inter duos la
trones ſuſpendit̄. clauis crucifixus. ſputis deriſus. ſpinis corona=
tus/lancea perforatus. ꝛ ex omnibus partibus ſanguis emanat
ꝛ inclinato capite tradidit ſpiritum. ita redemptor tuus morit̄
pro te. et tu neſcio cuiuſmodi ſordida cogitatōne ſordidaris in
mente. Sufficere poſſet iſta cogitatio ad excludendas illicitas.
Sꝫ ecce alia cogitatio ad excludendas illicitas/ſcꝫ cogitādo quō
morieris qn̄ aliqua infirmitate vexatus ad extrema deductus in
ter longa ſuſpiria ꝛ difficiles ſingultus/ibi ad terram proiectus
inter diuerſos dolores ꝛ timores anima expirabit. Tunc veniet
corpus in pallorem et in fetorem/ꝛ erit cibus vermium. Animā
vero mox rapient laruales ille facies que eam in exitu preſtola=
bantur. ex omni parte terrebunt eam demones terribiles ꝛ hor=
ribiles. Cogita quis eam defendet a rugientibus preparatis ad
eſcam cum turma. monſtra illa demoniorꝫ occurrentia tibi cater
uatim irruere videbis. aut quis te ducet per ignotam regionem?
Attende etiā ꝙ ſubito veniet dies vltia. ſubito veniet ꝛ forſitā
hodie ē. Iā adeſt: iam p̄ſentaberis an̄ tremendū iudicē. Accuſabe
ris multis ꝛ magnis offenſis. non vno non paucis ſed innumeris
criminibus. nō paruis ſꝫ immenſis. non dubijs ſꝫ certis. nō breui
accuſatōne ſed tam longa ꝙ longa eſt vita tua tota. Non vno
accuſatore ſed tot quot ſciunt delicta tua. Ipſe iudex erit diſtri=
ctus accuſator tuus. deus et ſpiritus boni ꝛ mali coram deo accu=
ſabunt te. boni quia deo debent equitatem. Mali quia tuam ſer=
uant iniquitatem. Tot iudicibus populi aſtabis quot te preceſ=
ſerunt in bono ope. Tot conuinceris teſtibus quot te monuerūt
bonis ſermonibus ꝛ iuſtis accuſatōibus. Omnibus populis nu=
dabunt̄ iniquitates tue ꝛ cunctis agminib9 patebunt ſcelera tua
non ſolum actuū verꝫ et locutionum verꝫ etiam cogitationum.

Multa vero tunc puenient ex improuiso quasi ex insidijs que modo non vides. Undiqз erunt tibi angustie. Hinc erunt accusantia peccata. inde terrent iusti abditus / patent chaos inferni / desuper iratus iudex. Intus vrens consciencia / foris ardens mundus. Justus vix saluabitur. peccator sic deprehensus in quam partem se premet. Latere est impossibile / apparere intolerabile. Judex erit vehementer iratus ꝛ terribiliter districtus. sentencia eius semel erit parata vt sentencia te condemnet ad tormenta. Tormenta erunt sine interuallo et sine temperamento. Timor conturbabit ꝛ rues et cades in stagnum ignis et sulphuris ardentis et fetentis. Ignis exterius carnem tuam comburet. vermis interius conscientiam tuam corrodet. Ibi eris sine fine / sine spe venie et misericordie. omnia vero gemina supplicia superabit / deum non videre / et bonis etiam in potestate habitis carere. Si vis omnes cogitatões malas a corde expellere hec sepe cogita ꝛ recogita.

Respice o homo mentali oculo quãto debito domino tuo Bastungatus patienti. Respice sudorem sanguineum / alaparum contumeliam / flagelloꝝ cõstantiam / coronam spineam / sputi ludibria / crucis angariam / aceti poculum / mortis supplicium / lãguentes oculos / ora pallentia. Si passio xp̄i ad memoriam reducitur. et cum visa passione domini / quis tam deliciosus vt non abstineat / tam maliciosus vt non peniteat / tam luxuriosus vt nõ cõdoleat. Deu fons libertatis captiuus traditur / angelorum gloria illuditur / speculum sine macula / candor lucis eterne conspuit[9] deus omnium flagellatur. vita viuentium moritur. Quid restat nisi vt eamus ꝛ moriamur cum eo.

Explicit liber de consciencia.

22

Meditationes beati Bernhardi De miseria vite Incipiunt

O Misera vita que tantos in psperis decipis: tantos seduxisti: tantos excecasti: Que dum fugis nihil es: cum videris vmbra es: cum exaltaueris fumus es. dulcis es stultis: amara sapientibus. Qui te amant non te cognoscunt. et qui te contemnunt ipsi te intelligunt. timenda es: fugienda es quasi vmbra et velut somnium. periculosa es et breuis es et nihil es. Ve qui te credunt: beati qui te cōtemnunt Ve semel et ve iterum qui te diligunt. beati et vere beati qui te spernunt. Via non est vera quā ostendis. Alijs ostendis te esse longam vt perdas in finem. alijs breuis vt dum peniteri volunt non permittis. alijs latam vt faciant qd volunt. alijs angustam vt nō bene faciant. alijs tristem vt non consolent. De bono interrogāda es non credenda. Misera es et mortalis et non diu mansura. Curre sapiens fuge quo vis. O homo tantū illum diez modo vixisse te computa in quo voluntates omnes proprias abnegasti. et in quo malis desiderijs restitisti. quid sine vlla regula transgressione duxisti. O homo si amara tibi ostendunt opera penitētie/ respice lignum crucis / et reduc in memoriam beneficia passionis /et omnia amara dulcorabunt. O homo contemne omnia et habebis omnia. Periclitatur castitas in delicijs/ humilitas in diuitijs / pietas in negocijs / veritas in multiloquio / caritas in nequam seculo O homo aspice caput inclinatum ad te salutandum. os clausum ad te osculandum. latus apertum ad te diligendum. manus perforatas ad erogandum. pedes clauis confixos ad tecum permanendū. totū corpus i cruce extensum ad te totū sibi largiendū. O homo quid sollicitas de regali edificio cum et dn̄s tuus iacet in presepio / et non sit ei locus in diuersorio. Quid cogitas de vestimēto / ecce xp̄s saluator mundi inuolutus est in vilo panniculo. qd laboras de diuitum collegio / saluator tuus iacet cū boue et asino. Quid anxiaris de dominio. rex glorie xp̄s ioseph et marie obediuit imperio. O homo cognosce q̄ grauia fuerunt crimina / pro quibus oportuit xp̄m dn̄m vulnerari. si non fuissent hec ad mortem sempiternam nunq̄ pro eis dei filius moreret. O homo attende quantum pficis vel quantū deficis / q̄ similis es deo vel q̄ dissimilis. Si

quis gustu caritatis bene inebriatus fuerit ad omne opus bonuz hilarescit: dolet et non sentit: laborat et non lacescit: deridetur et non auertit. Cum manibus pectora genibus pauimenta coudunt vocis et deuotis oratõibus altaria cumulantur. Sordent gene lacrimis/gemitibus/atq suspirijs inunguntur/diuersoria ⁊ pro forensibus sacra tecta resultant. Nihil celi ciuibus magis spectare libet: nihil regi summo iocundius exhibetur. Compatiendum est illi qui dedit nobis clauos in salsam. carnam in cibum. sanguinem in potum. sudorem sanguinis in medicinam. animam propriam in redemptionē. Si videre eum volueris sicuti est vide eum sicut pro te factus est. Caput adorandum angelicis spiritibus spinarum diuersitate constringitur. Oculi nitidiores sole et caligantur in morte. Os quod docet angelos potatur felle et aceto. Facies pulcra pre filijs hominum deturpatur sputis iudeorum. Manus que fundauerunt celos extenduntur in cruce ⁊ clauis confixe. Quid plura: Solam linguam habuit ad orandum. et matrem dilecto discipulo cõmendauit. Quid sum ego domine pro cuius salute ita te exinanisti/ quem tantum dilexisti/ pro quo descendisti in carcerem/ in mortem/et mortem crucis. vadis propiciator ad immolandū pro nobis. vt tibi occurit petrus qui dicebat pro te moriar. Reliquit te thomas qui clamabat dicens. et omnes cum eo moriemur. Et nullus ex illis sed tu solus ad mortem vadis pro me domine. Venit celestis medicus ministrare ⁊ non ministrari. curare infirmos non curari. sanare vulnera et vulnerari. accipere contumeliam et dare honorem. sustinere mortem dare quietem. haurire dolorem dare salutem. subire mortem dare vitam. vt deus q erat inuisibilis videretur a nobis. qui erat impassibilis pateretur a nobis. qui erat immortalis moreret pro nobis. verbum caro factum est et habitauit in nobis. Diligam dnm deum meum gratuitum largitorem/largissimum administratorem. pium consolatorem/sollicitum gubernatorem ⁊ insup copiosum redemptorez ditatorem et glorificatorem. Cum ipo sum in tribulatõe. domine da mihi semp tribulationem vt mecū sis. Mira res. Judei clamabāt crucifige & xps ignosce. magna illorum iniqtas/& maior tua pietas dne/quōz multus es ad ignoscendū. in ope nostre redēptõis mira dixit mira fecit dura sustinuit. in vbis habuit cõtradictores

In factis exprobratores· In tormentis illusores · Sup omnia
redoit amabilem bone hiesu calix quem bibisti pter redemptio=
nem nostram· Visa xp̄i passione quis tam deliciosus qui non abs
tineat? quis tam iracundus qui non condonet? quis tam malici=
osus qui non condoleat respiciens ad xp̄m? Quam pauci sunt ho
die bone hiesu qui post te vellent ire · quamuis sint aliqui qui ad
te vellent puenire. scientes enim q delectationes sunt in dextera
tua vsq in finem· Consequi te volunt sed non sequi· frui sed non
imitari · Patientia xp̄i exhibet humilitatem/cōmendat obe=
dientiam/implet ⁊ pficit caritatem· Vis nempe virtutum gēnis
quatuor cornua crucis ornantur· quarum est supeminentior cari
tas· a dextris obedientia· a sinistris patientia · radix virtutū hu=
militas. Super quo altari sicut dicit apostolus obtulit semetipm
immaculatum deo viuenti· Debemus superiori obedientiā ⁊ reue=
rentiam· pari consilium ⁊ auxiliū· inferiori custodiam ⁊ discipli=
nam· Nunq̄ erit bonum qd erit cum scandalo fratrum· Vis su
perbiam fugere caue singularis vocari· Qui singularitatem petit
supbe ⁊ ab vnitate recedit supbe diabolū seqt q pmus voluit ap
parere singularis ⁊ caput diuisionis factus est· Magna superbia
est cum quis singularis sibi vult viuere· Magnum malum est p=
pria voluntas que cuncta bona tua mala facit· Nihil ardebit i in
ferno nisi ppria voluntas· Cesset ppria voluntas et cessabit infer
nus· Non licet subditis discernere sed simpliciter obedire· Cogi
ta domini compassionem et erubesce sequi ppriam voluntatem·

¶ Oratio beati bernhardi·

O Dulcissime xp̄e bone hiesu sicut desidero sic tota mente pe
to da mihi amorem tuum dulcem et castum qui me reple
at ⁊ totum possideat· da mihi signum verum amoris tui scz fon=
tem lacrimarum· vt et ipse lacrime tuum in me ostendant amo=
rem· O benedicte ⁊ amabilis hiesu xp̄e/ qui plorasti super ami=
cum tuum lazarum· et fleuisti super ciuitatem sanctam hierusalē
plora sup me fletu cōpassionis· et presta mihi p illas dulcissimas
lacrimas vt qtiens ō te audio de te cogito tibi assisto/laudes/ p̄
ces et orōes tibi offero/totiēs exeūtib9 lacrimis in cōspectu tuo
copiose et dulcit fleā· ita vt efficiāt lacrie mee panes die ac nocte

Et sis mihi mitis sicut fuisti mulieri peccatrici / in domo symonis leprosi / et fluant de oculis meis lacrime sicut fluxerunt de oculis suis quando pedes tuos lauit et crinibus tersit / et dimisisti eam in pace. O bone hiesu nazarene si tam dulce est flere de te quid est gaudere de te. Pijssime hiesu in manus tuas commendo spiritum meum ⁊ corpus meum ⁊ omnem vitam meam ⁊ omnes actus meos vsque in finem meum Amen. Aue dulcissime hiesu mei mitis et benigne / cui nomen est insigne dulce salutiferum.

¶ Alia oratio

Domine hiesu xpe xpe qui es vnicus cum patre et spiritu sancto pijs precibus humiliter te deprecor ⁊ meritis omnium sanctorum / quatenus in me extinguas superbiam que est initium omnium malorum. suffoca inuidiam per quam mors introiuit in orbem terrarum. depirme iram qua nemo potest cernere verum. Confringe auariciam / quia nihil scelestius est auaro. Sperne accidiam que est impedimentum totius bonitatis. de qua ait spiritus sanctus. Iusticiam ne des anime mee. Mortifica vicium gule qua totus orbis perijt. Conculca luxuriam cum qua nemo sapiens moritur. et fit abhominabilis apud deum ⁊ homines Supplanta et eradica vicium gule quod est inquietum malum / plenum veneno mortifero / et omni concupiscentia mala. ⁊ da cuncta contraria anime mee. Per tuam namque benignitatem et misericordiam concede mihi peccatori in hoc seculo veniam agere penitentiam. Et dona mihi fidem spem timorem et amorem: prebe sapientiam / scientiam ⁊ castitatem / patientiam / reuerentiam / ⁊ humilitatem. compunctionem / deuotionem / ⁊ caritatem. temperantiam iusticiam / pietatem / honestatem / ⁊ sanctitatem / atque omnium bonorum operum virtutem donare digneris vt ad gloriam paradisi cum sanctis ⁊ electis tuis peruenire queam per infinita secula seculorum Amen

Meditationes deuotissimi Bernhardi De interiori homine De bona conscientia De miseriaque vite finiunt feliciter.

inuidiæ· Homicidiæ ebrietates comessationes. Et his
similia que p̄ dico uobis· sicut p̄ dixi· Quo qui talia
agunt regnū dī non c̄sequentur. Fructus enī spr̄ est.
caritas gaudiū pax patiencia longanimitas boni
tas benignitas mansuetudo· Fides modestia conti
nentia castitas aduersus huius modi non est lex·
Qui autē sunt xp̄i· carnē suā crucifixerunt cum
& concupiscentiis;

SCDM LUCAM

In illo tēp̄. Dū iret ihs̄ in iherusalē· transiebat p̄
mediā samariā & galileā; Et cū ingrederetur· qd
dā castellū· occurrer̄ ei decē uiri lep̄si· Qui stete
runt alonge & leuauer̄ uocē dicentes· Ihū p̄re
ceptor· miserere nr̄i; Quos ut uidit dix· Ite
ostendite uos sacerdotibus; Et factū est dum
irent mundati sunt; Unus aū ex illis ut uidit
quia mundatus est. Regressus ē cū magna uoce
magnificans dm̄· Et cecidit in faciē ante pedes
eius gratias agens & hic erat samaritanus; Respondens
aū· ihs̄ dix; Nonne decē mundati sunt & nouē
ubi sunt; Non ē inuentus qui rediret & daret gl̄am
dō· nisi hic alienigena; Et ait illi; Surge uade.
quia fides tua· te saluū fecit; FR· IIII. SCDM MAR

In illo tēp̄; Docente ihū
euangelizante· conuen
& scribe cū seniorib; & a
Dic nobis inqu[illegible]a potest
ē qui dedit tibi hanc po
ihs̄ dix ad illos. Interog
Respondite mihi baptis
an de hominib; At illi
dicentes; Quia si dixeri
Quare non credidistis ei; [erga]
plebs uniuersa lapidau
ioh̄ pphetā esse; Et resp
unde esset; Et ihs̄ ait il
in qua potestate hæc fac

NATL· SCI CORNEL

FRS. Hoc enī sentite in uo

In illo temp̄; Respondens
doctorib; Dix illi; Ma
nobis contumeliā facis;
legis doctoribus. Uæ q
oneribus que portari n
digito ur̄o nontangi

...tos. p(er)fecto testificam(ini)
...us patru(m) u(est)roru(m) quia
...tos; Uos au(tem) (a)edificastis
... & sapi entia dix(it).
... & apostolos & ex illis occi
...t exquiratur sanguis om
...sus est a constitutione
...sta; A sanguine abel usq(ue)
... qui periit inter altare
...s requiratur ab hac gene
...is doctorib(us); quia abscon
...is; non introistis & intro
... hæc u(er)o illos dicere
Coeperunt scribæ & pha
...tare & ... mittere cu(m) eo
...occasione(m) aliqua(m) inuenire
...tu(m). EBD. V. P. S. LAUR.
...e deficiat is. L. EP. AD HEB
...s p(ro) uobis: que est g(lori)a u(est)ra;
... genua mea ad patre(m)
...quo omnis paternitas in c(ae)l(o)
...r. Ut det ... uobis secundu(m)

habeo quo congrege(m) fructos meos & dix(it) hoc
facia(m); Destrua(m) horrea mea & maiora facia(m) & illuc
congregabo om(n)ia que nata sunt mihi & bona mea
& dica(m) anim(a)e me(a)e; Anima habes multa bona
posita in annos plurimos; Requiesce. comede. bibe.
epulare; Dix(it) au(tem) illi d(eu)s; Stulte hac nocte anima(m)
tua(m) rep(et)unt a te. que au(tem) parasti cuius erunt;
Sic est qui sibi thesaurizat & non est in d(eu)m diues;
Dix(it)q(ue) ad discipulos suos; Ita dico uobis; Nolite sol
liciti e(ss)e anim(a)e u(est)r(a)e q(ui)d manducetis neq(ue) corpori
u(est)ro q(ui)d uestiamini; Anima plus est qua(m) esca &
corpus qua(m) uestim(en)tu(m); Considerate coruos qui
non seminant neq(ue) metunt quib(us) non e(st) cellariu(m)
neq(ue) horreu(m) & d(eu)s pascit illos;

LEC(TIO) EP(ISTOLAE) BEA(TI) PAU(LI) APOSTOLI AD GALATAS;
Fr(atre)s. Sp(irit)u ambulate. & desideria carnis non p(er)
ficietis. Caro eni(m) concupiscit aduersus sp(iritu)m. sp(iritu)s
au(tem) aduersus carne(m); hæc eni(m) sibi inuice(m) aduersan
tur: ut n(on) que cu(m)q(ue) uultis illa faciatis; Q(uo)d si sp(irit)u
ducimini non estis sub lege; Manifesta au(tem) sunt
opera carnis: que sunt fornicatio inmunditia
luxuria idoloru(m) seruitus. Ueneficie inimiciti(a)e





